Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



36

ornatus sapientiae quo decoratur · ornata est sermone
sapientia singulae harum mulierum · Uerumtamen nomen
tuum inuocetur super nos · aufer opprobrium nrm · quod est
nomen sapientiae ihs · quid inuocetur nomen tuum super nos ·
Ego sum sapientia uolo nomine tuo uocari · ut ego sapientia
dicar ihs · ut intellectum et consilium magnum et fortitudo
et scientia et pietas et timor dni · Nominentur ihs · ut omnia in
omnib: tuum nomen fiat · Nomen tuum inuocetur super nos
aufer opprobrium nrm reuertat ab stultis opprobrium ihs ·
Deinde surgentes oremus dm · qui hunc misit hominem · et septem
mulierum spsineo requiescunt Et nobis iste homo tribuat
communionem harum mulierum et adsumentes eas fiamus
sapientes et intellegentes indo · Cui est uirtus animarum
nstrm · in xpo ihu · Cui est gloria et imperium in scla sclorum · amen ·

OMELIA QUARTA ·

VII RURSUM INUISIONE

Aliter impossibile est inuenire principium dni · principium
motus dni · nusquam conprehendis · Nec dico tuis dneq: aliquis · Neq:
aliud qdquam eorum quae subsistunt · solus saluator et
spsscs · qui semper fuerunt cum do uident faciem · fortes et
angeli qui uident iugiter faciem patris qui est in caelis ·
uident et principia negotiorum · sicut et pedes abscondunt
ante homines seruentes · Nouissima enim uts non ualent
enarrare · quis adnuntiauit de nouissimis ait scriptura ·
Quae uidemus uttamen concedatur quia aliqui uidemus ·
Media s quae ante mundum fuerint ignoremus · fuerunt porro
quaedam ante mundum · quae post mundum secuturae sint
certum non adprehendimus · Erunt aut alia post mundum ea
igitur quae scriptas · In principio fecit ds caelum et terram ·
Terra autem erat inuisibilis et inconposita · et tenebrae erant